



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 20. S. Guilielmus Malævallis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

cimum Abbatem Cluniacensem electus Sæcul. XII.
est.

A.C. 1157.

§. XX.

S. Guilielmus Malæ Vallis.

Sub idem tempus in vivis agebat S. Guilielmus de Mala Valle, vel Auctor vel Fautor ejusdam Congregationis monachorum. Nec patriam ejus nec infan- *Boll. 10. Feb.*
tiam scimus; sed illud uteunque explo- *to. 4. p. 433.*
ratum, quod in Tuscia vitam Anachore- *vit. p. 2. c. 3.*
ticam duxerit, & mutatis saepe cellis
tandem in quodam loco, qui tunc stabu-
lum Rodense, postea vero ob sterilitatem
soli Malavallis, dictus est, in parochia
Castilionensi & Diœcesi, vulgo *Grosseto*,
prope Senas, sedem fixerit. Postquam
illuc mense Septembri anno millesimo
centesimo quinquagesimo quinto adve-
nisset, & octodecim mensium spatium
in magno vitae rigore transegisset, qui-
dam juvenis, nomine Albertus, circa Fe-
stum Epiphaniæ anno sequenti millesimo
centesimo quinquagesimo sexto ejus Di-
sciplinam amplexus, quanto virtutum
splendore Guilielmus rutilaret, uno an-
no testis extitit, nempe usque ad annum
millesimum quinquagesimum septimum,
& diem Februarii decimam, qua Viri
Sancti anima ex mortali corpore mi-
gravit. Cum, ipso defuncto, aliquis
Reinaldus nomine Alberto se socium
junxis-

Sæcul. XII. junxit, & paulopost plures alii, sensim
A.G. 1157. exorta est Congregatio Monachorum,
 (qui a suo Fundatore Guilielmini dicti
 sunt) sub Regula S. Benedicti militan-
 tium. Ecclesia S. Guilielmum de Mala-
 valle in die ipsius obitus colit.

Mart. Rom.
 10. Febr.

Sup. lib.
 XLV. §. 39.

Sup. Lib.
 LXVIII.
 §. 43.

Albertus ejus vitam scripserat, quæ
 ad nos non pervenit, recentiores vero
 fabulas immiscuere, hunc Sanctum im-
 perite non distinguentes a S. Guilielmo
 Duce Aquitaniæ, Caroli Magni ætate vi-
 vente, Monasterii Gellonensis Condito-
 re, nec a S. Guilielmo de *Deserto*, nec
 a Guilielmo, ultimo Aquitaniæ Duce,
 Compostellæ anno millesimo centesimo
 trigesimo septimo fatis functo.

§. XXI.

Patriarchatus Gradensis.

Ital. Sacr. Henricus Dandolus, Nobilis Venetus,
 10. 5. Patriarcha Gradensis anno millesi-
 mo centesimo trigesimo creatus, in illa
 Cathedra annis quinquaginta sedet. Cum
 que Veneti jam diu Jaderæ seu Zarae ci-
 vitati in Dalmatia dominarentur, eam
 etiam Jurisdictioni Patriarchæ sui sub-
 mittente cupiebant. At Jadera Jurisdi-
 ctioni Archiepiscopi Spalatrensis subtra-
 cta, & Archiepiscopatus honore ab Ana-
 stasio IV. Papa anno millesimo centesimo
 quinquagesimo quarto donata fuerat.
 Itaque rogantibus Venetis, & Henrico
 Patriar-

p. 1192.

p. 1459.